



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Exercitia S. P. Ignatii Via Ad Salutem Et Perfectionem
Propriam & alienam, Tuta & perpetuo tenenda**

Ignacio <de Loyola>

Hildesii, 1713

VD18 13664689

Meditatio Secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60348](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60348)

Intellectus.

debeam aut pati ejus causâ. Hæc est velut conclusio practica ex duobus præcedentibus punctis: Ut hic renovem proposita aliàs concepta in magna perfectione virtutum, eaque augeam maxime amore prompto ad contemptum, dolorem & adversa maxima, ut Christo simillimus, Christo valde placeam & Deo.

Reflexio &c. (d)

NB Aut propter tua peccata Christus patitur, aut nullius, aut à te, aut à nullo. Ita tui amore, tuo fructu, ac si tuo solius, ita propter tua peccata, ac si tua solius. Eodem animo hodie est in te Christus, ac tunc. Aut tu debes esse gratus, compati, dolere; aut nullus. Aut non aestimas, non amas, aut magnum aliquid vicissim est desiderandum, petendum, agendum, patiendum.

Meditatio Secunda.

JESUM flagellis cædi jussit Pilatus: Milites eundem spinis coronârunt, atque purpurâ induerunt, deinde irridentes dicebant (Ave Rex Judæorum) & colaphos simul impingebant.

Exiit Jesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum: & Pilatus dicit illis: Ecce homo. Pontifices verò conclamabant: Crucifige, crucifige eum. Ex Matth. 27. Luc. 23. Marc. 15. Joan. 17.

Verba sunt S. P. quæ meditanda sunt modo eodem, quo facta est meditatio prima.

Medi-

Voluntas.

de placendi & serviendi.

(d) *Propositum & colloquium more consueto.*